

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 187

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 437.

Cod. CLXXXVII. n. 1.

437.

Cod. CLXXXVII.

Chartae: Fol. maj. 102: 15.

2.
2. M.

j.

Clementis V.
Ep. Constituti-
ones cum Appa-
ratu Joannis
Andreae.

1a-56a

Clementis V. Papa Constitutiones vulgo Cle-
mentinae dictae, sive Liber Septimus Decreta-
rum divinus in libros quinque, cum Appara-
tu Joannis Andreae Jcti Bononiensis: Promul-
gatae sunt haec Constitutiones a Clementis
Successore Joanne XXI. a. 1317, cujus epi-
stola ad doctores Bononienses capitulum primum
de Summa Trinitate &c. praecedit. Initium hujus
epistolae est: "Joannes episcopus &c. Quoniam
nulla juris sanctorum. Apparatus autem, seu
Commentarius Andreae incipit: Johannes
graciorum hoc nomen". Folio primo, quod
est membranaceum, et Clementem V. Concilio
Viennensi praesidentem exhibet, legitur:
"Johannes Andreae Glosator voluminis hujus."
Ante capitulum ultimum de verborum si-
gnificatione extat famosa illa Clementis
declaratio in regulam Fr. Minorum, quae in-
cipit: "Cavi de Paradiso"; et quam exhibet
Waddingus in Annal. Min. T. VI. p. 202.
Possidet Bibliotheca nostra Clementinam
cum Joanne Andreae Commentario binam editi-
onem, eamque Ferrasam: unam Petri Schaf-
fer Moguntiae 1476; alteram ejusdem anni
Bavileensem Michaeli Wenster, quas vide
in Antiq. typograph. Biblioth. Seitenstet-
tensis. Ad Calcem Codicis legitur:
"Nomen scriptoris ritu cognoscere velis
Cognomen pariter Jacobus sit tibi poner."

438.

Cod. CLXXXVII. n. 2.

Clemens V. antea Bertrandus Gotto, Gallus primus sedem Roma Avenionem transtulit, obiitque ad 1314. De hoc accurate Saluzius in scriptis Avenionensibus. De Joann. Andrea diximus in Cod. CXXVI. num: 1.

2

Nicol. Lanormi-
Sani Comentaria
in Clementinas,

57a-78b

Nicolai Panormitani Commentariam de mentinas. Rubrica praemittitur haec: "Cum quibusdam allegationibus alijs occurrentibus Nota / sic / digne collecte per dominum Nicolaum siculum monacensem Abbatem dignissimum Nunc vero Archiepiscopum panormitanum." Proemium incipit: "Appellatione juris venit civile canonicum et synodale seu municipale." Codex hic coeteroquin / uti et praecedentes numeri / elegantissime scriptus in fine mutilus est.

Nicolaus de Tudovich, communiter Panormitanus, natione Siculus, Ord. S. Benedicti Monacensis Abbas, et Archiepiscopus Panormitanus, Aragoniae regis ad 1431 ad concilium Basileense Legatus, ius causam contra Eugenium fortissime tuatus est, diem obiit ad 1445. Vide Warthon. ad Caesum p: 86, et Fabric. Bibl. med. & inf. Latin. T. V. pag: 124. cum Mansii additamentis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 187

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27524

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)